

tiare incontinenti procuratori comunis quot urne fuerint et
 cuius fuerit illud vinum; et ipsam denuntiationem idem pro-
 curator per suum notarium scribi facere teneatur, et talem
 scripturam ostendere et producere debeat dictus procurator
 in qualibet ratione mexetarum, sub pena centum sold. par. pro
 quolibet mensuratore sive procuratore contrafatiente et vice
 qualibet contrafacta. ¶ Et quod in quolibet regimine potestatis
 fieri debeat una crida de mandato dicti potestatis in festo
 sancti Laurencii super scalis pallacii comunis et in locis con-
 suetis, quod usque ad quindecim dies post cridam quilibet
 mensurator vini vel volens portare vinum debeat conparere
 infra terminum predictum, et se facere scribi in quaterno ad
 101 A hoc deputato, quem quaternum dominus // potestas fatiat fieri,
 et qui comparirent scribantur in dicto quaterno, et eis dare
 sacramentum per modum supradictum, quod sacramentum
 scribatur in dicto quaterno. Et tales sic scripti possint et
 teneantur mensurare vinum sive portare cuilibet petenti et re-
 quirenti, et non alii, et si quis alius inventus fuerit mensurare
 vel portare vinum, qui non iuraverit et scriptus non esset in
 dicto quaterno, cadat ad penam viginti sold. par. pro qualibet
 urna, et quilibet teneatur accusare contrafatientes, et credatur
 acusatori cum sacramento, et habeat medietatem condempna-
 tionis facte occasione predicta. ¶ Et quilibet brentarius scriptus
 per modum predictum, quocunque tempore fuerit requisitus
 per aliquam personam portare vinum, incontinenti ire debeat
 et portare ipsum vinum. ¶ Et sibi solvere pro suo labore, vi-
 delicet quod de qualibet urna vini, per ipsos portata ab ecclesia
 sancti Silvestri inferius et a Porta Sancti Michaelis et a Porta
 Riburgi citra usque ad portum, recipere debeant quatuor par.
 tantum, et a dictis locis superius usque ad portum par. sex tan-
 tum pro qualibet urna vini quam portaverint, et hoc sub pena
 decem sold. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, et
 quilibet teneatur sacramento accusare, et adhibeatur fides acu-
 satori cum sacramento, et habeat medietatem condempnationis
 101 B facte occasione suarum accusationum. ¶ Salvo si // esset in
 servitio comunis vel alterius persone, sub pena viginti sold.
 pro quolibet contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Et